rant, in ipsa statuerat et firmaverat civitate[1]. Idem vero Theodoricus[2] tam[3] magni sceleris et perfidie infinitum exercitum[4] totius Ligurie gentis[3] collegit et cum[5] ipsis et viris ferocibus et bellicosis urbis Mediolani ad Ticinensem pergere properavit civitatem. Dicitur enim Liguria a legendis, *id est *f. 46d. a colligendis[6] leguminibus que feras[7] nominatur. Hec ad[8] Gallorum fines extenditur et usque ad Suaviam, Teothonicorum[9] patriam, que versus septentrionalem[10] est posita partem, et inter hanc due consistunt[11] provincie, id est Retia[12] prima et Retia[12] secunda, in qua Curvales[13] dicuntur habitare; in alia habitant homines agresti, et protenditur a predictis finibus inter[14] Padum et patriam Teothonicorum[9] usque ad Addue[15] fluvium. Videns igitur Alboin in Ticinensi civitate fore a suis derelictum, et gens sua fere[16] universa ad propria remeasse, de constantia Ticinensium concivium[17] parum confisus[18], timens, ne ad Theodorici inimici sui manus ac virorum impiorum[19] urbis Mediolani potestate[20] incurreret, nocte obscura cum omnibus suis clam ut potuit ad Verone rediit civitatem. Die autem veniente timor et tremor Ticinenses[21] invasit concives. Et dum sic perteriti permanerent, rex Theodoricus ad illam accedens civitatem, apertis ianuis cum urbis Mediolani civibus in ea viriliter intravit, ipsam quoque ac viros nobiles et potentes et eorum bona omnia cepit et occupavit. Palatium[22] quidem regale, quod idem rex Theodoricus in ea construxerat civitate, et eiusdem civitatis fortitudines destruxit et penitus diruit, viros quoque Ticinensis civitatis magnates et minores pessimos variis suppliciis corporis et census gravissime tormentavit, ipsos etiam urbis Mediolani tributarios fecit, lapides quoque et trabes *mire magnitudinis *f. 47a. et pulcritudinis Mediolanum deferre[23] fecit. Steterunt autem viri Ticinensis civitatis universi tributarii urbis Mediolani

---

1) So haben den ganz constructionslosen Satz genau übereinstimmend beide Hss., so dass kein Zweifel bleibt, Codagn. habe wörtlich so geschrieben. 2) 'Theod. vero' E. 3) Fehlt E. 4) 'exerc. inf. tocius' E. 5) 'et cum' aus E., fehlt Hs. 6) 'id est a coll.' fehlt E. 7) 'faras' E. Dies von 'Dicitur' an ist aus Paul. Hist. Lang. II, 15 abgeschrieben, wo 'leguminibus, quorum satis ferax est, nominatur'. Ebenso corrupt hat Codagn. diese Worte oben f. 23b.c im Provinzialverzeichnis abgeschrieben. Auch das folgende bis 'Retia secunda' ist noch fast wörtlich aus Paul. Hist. Lang. II, 15 genommen. 8) 'a' E. 9) 'theoton.' 4. 10) 'septentrionem' ('partem' fehlt) E., und so hat auch Paul. Hist. Lang II, 15, doch könnte die Uebereinstimmung durch Zufall herbeigeführt sein. 11) 'consistere consistant' E. 12) 'Recia' E. 13) 'curiales' Hs. 14) 'Alboin' hier ganz irrig hinzugefügt E. 15) 'usque adde' E. 16) 'fore' beide Hss. 17) 'ticinensis conscilii' Hs. 18) 'confixus' E. 19) 'imp. vir.' E. 20) So beide Hss. 21) 'ticinensis' E. 22) 'palacium' E. 23) 'defere' Hs.